



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Formularium Terminoru[m] seu Registorum Nouiter
Jmpressum [et] eme[n]datu[m]**

Rom, 1511

Obitus Auditoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70641)

in missus fuerat ab eadem ciuitate. n. reueniens gressus suos ad Romanam Curiam dirigendo negocijs sibi commissis coadiuante dño debite & legitime expedit. hora. n. sanus & incolumis hanc urbem remeauit & intrauit. Uel sic Reueren̄ pater dñs. n. & a ciuitate. n. ad quas se nuper contulerat reueniens sanus & incolumis hanc urbem reingressus est.

¶ Ita etiam conficiat̄ reditū legatī Cardinalis mutatis mutādis.

Obitus Auditoris.

De re. Reuerendus pater dñs. M. Auditor prefatus in Alma Vrbe Ro. sicut altissimo placuit persolucendo nature debitum diem vite sue clausit extremum. Uel viam vniuerse carnis ingressus fuit. Uel de medio sublatus est.

Exitus Legati.

Reuerendissimus in christo pater & dñs dñs. n. miseratione diuina tituli sancti. n. sacrosancte Ro. ecclesie Presbyter Cardinalis factus Legatus a latere ad Regem. n. post tentū consistoriū p̄ reuerendissimos in xpo patres & dños dños sacrosancte ro. eccl. Cardi. Archiepos Ep̄os & ceterosq; in Ro. en. associatus gressus suos dirigendo hanc almam urbem exitit. Quare illa &.

¶ Dominus contulit se ad loca differentie.

¶ Reuerendus pater dominus. n. & c. Ademoratus ad supradictorū. n. & n. hincinde principalū instā ac de consensu & voluntate dictarū partium vna cum eisdem partibus ad maiorem cautelam & pro veriori certitudine ipsius dñi. n. iudicis & commissarij se vna cum dictis partibus ad locum differentie super quo in huiusmodi cā agitur inter ptes principales contulit & se recepit. Qui quidem dñs Episcopus iudex & commissarius p̄libatus vna cum predictis partibus & iuribus alijs ibidem existentibus loca differentie hmoi vt verius posset in causa hmoi pronunciare & iustitiam ministrare bene & diligenter vidit & aspexit.

Audientia die sabbati.

De Sabbati. xxiij. supradicti mēsis februarij fuit tēta audientia causarū apostolica iuxta cōstitutionē se. re. dñi Aldartini